Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad monumenta ad Curiae ... ctorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castren. Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes earumque prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Commentorumque tum et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo Huic sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zawadzki Ossolinskie Quietat et Statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Generosus Ioannes Zawadzki sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuslibet propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren. Capitan. Premisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse clar. et Generosa Zuzanna Lutomierska Consortis suae nomine pro cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine Magnificum Nicolaum de Tęczyn Ossolinski eiusque posteros de Summa Decem millium florenor. polon. per ipsos sibi recognoscenti atque praefatae Generosae Consorti suae Actis quibusvis autenticis Regni modo simplicis debiti seu alio quovis ad solvendum inscripta cum vero persolutas Nec non de ipsa inscriptione de praemissis latiore quietat emittit et liberum facit perpetuo Inscriptionem eandem debitoriam in toto et totam cassat mortificat et annihilat Recognoscens sibi Summae suprascriptae realem praestitam esse persolutionem. Nihilominus idem recognoscens Generosus Ioannes Zawadzki se suosque Successores ut et super bonis suis generaliter omnibus ac Summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praenominato Magnifico Nicolao Ossolinski suisque eius posteris inscribit et obligat praesentibus praenominatam Generosam Zuzannam Lutomierska consortem

suam

Suam cum assistentia sui vel in eventu mortis Successores illius ai appro-
bandam per ipsum inscriptionem praesentem quietationem vel similem circa pro
interesse faciendum ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis ha-
bentia intra decursum duarum Septimanarum adducere et post statuere
ab eaq ut praemissa exequantur efficere Illg. sub vadio summae Duorum
millium florenorum polonicorum per praefatum Recognoscentem Generosum Ioannem
Zawadzki sive ipsius Successores Suprascripto Magnifico Nicolao de Te-
czyn Ossolinski sive eius posteris ob non statuitionem suprascriptae consortis sui
pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo qui-
dem vadio modo praemisso ad solvendum succubitu ac re aliqua principali ex
praemissis non completa complenda Citatus exiens memoratus recognoscens Generosus
Ioannes Zawadzki sive ipsius Successores Ad instantiam suprascripti Mag-
nifici Nicolai Ossolinski sive ipsius Successorum Ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense extunc necessario suprascripto quo ad respondendum spectat
mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare in per-
sona respondere vadium praetitutum luere inscriptioni praesenti satisfacere
Ac omni iudicatum pati debet et tenebitur seq ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios
omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera in-
firmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum ser-
vitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationi-
bus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra pro-
ximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem alias non re-
cipiendo Nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo
Ac praemissa omnia plenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspen-
sionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri bello Conventione Tum et
aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo
quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad Acta mediante.